Fragmentarium

um omnes uirtutes eius.

Juxta I. Ascendit Sequentia Iohannis ...
ihc iherosolimam. Est autem iherosolimis
probatica piscina. que cognominaba-
tur hebraice bethsaida. quinque por-
ticus habens. In his iacebat multitu-
do magna languentium. cecorum. clau-
dorum. aridorum. expectantium aque
motum. Angelus autem domini secundum tempus
descendebat in piscinam. et mouebat
aquam. et qui prior descendisset in pisci-
nam post motionem aque. sanus fie-
bat a quacumque tenebatur infirmitate.

OF. Stetit angelus iuxta aram
templi habens thuribulum au-
reum in manu sua et data sunt ei incensa multa et

meo. det uobis. OF. In omnem ter-
ram exiuit sonus eorum et in fines orbis ter-
re uerba eorum. SECR. Concede
quesumus omnipotens deus. ut huius sacrificii munus ob-
latum. fragilitatem nostram ab omni malo
purget semper et muniat. et sanctorum apostolorum
meritis et precibus a preteritis nos delictis
exuat et futuris. Per. PREFATIO
Uere dignum et salutare. Te domine suppli-
citer exorare. ut gregem tuum pastor
eterne non deseras. sed per beatos apostolos tuos
continua protectione custodias. ut isdem
rectoribus gubernetur quos operis tui ui-
carios eidem contulisti preesse pasto-
res. Et ideo. CO. Dico autem uobis amicis
meis ne terreamini ab his qui uos persecuntur.

License: cc-by-nc – München, Bayerische Staatsbibliothek, 2 Inc.c.a 2595, Back Pastedown, Top – Missal with Neumes (no staves)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0awl/1011/14846)